

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Abstinentia n  
cum fonte primo

Per abstinentiam carnis  
uicia extinguenda sunt, non caro.

Per abstinentiam quippe carnis  
uicia sunt extinguenda, non caro.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 20.41  
(CCSL 143A, M. Adriaen ed., p.1061, ll.16-  
17).

Sic necesse est ut artem  
continencie quisque teneat,  
quatenus non carnem sed uicia occidat.

Sic enim necesse est ut artem  
quisque continentiae teneat,  
quatenus non carnem, sed uicia carnis occidat.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 30.18  
(CCSL 143B, M. Adriaen ed., p.1533, ll.135-  
136).

Sepe enim dum in illa hostem insequimur,  
eciam ciuem quem diligimus trucidamus,  
et sepe dum quasi conciui parcimus  
ad prelium hostem nutrimus.

Saepe uero dum in illo hostem insequimur,  
etiam ciuem quem diligimus trucidamus;  
et saepe dum quasi conciui parcimus,  
ad proelium hostem nutrimus.

Gregorius XXX. libro moralium.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 30.18  
(CCSL 143B, M. Adriaen ed., p.1533, ll.142-  
145).